

XXVI, 5. In Piel itaque est, aliquem *exaltare*, supra reliquos eminentem facere ac conservare, ut *Psal. xx, 2. LXIX, 30. XCI, 14. CVII, 41. Jes. IX, 10. & b. l.* (quæ est omnium in Piel locorum indutio.)

EXPLICATIO VERSUS III.

עֲרִיבֵנִי *eripe me*:) repetit idem verbum, quod posuerat *vers. 2.* cum alio tamen hostium epitheto, ad impetrandum eò citius auxilium frequente hac suspiriorum iteratione.

מִפְעֻלֵי *ab operariis iniquitatis*:) h. e. ab ejusmodi hominibus, qui non per imprudentiam aut ex imbecillitate delinquant, sed animo præfractò, & iniquitati præterita tantum adfectò, qui veluti nil aliud *OPERARI* possunt, quàm *INIQUITATEM*. *Es ist ihr Handwerk / das auff sie gewandert und sonst nichts weiters erlernen haben.* De phrasi hac vide *Psal. V, 6. VI, 9. XIV, 4. XXVIII, 3. XXXVI, 13. LIII, 5.* Ab his verò eripi desiderat, non quod actu Davidem jam comprehenderint, sed quod apprehensioni fuerit proximus, nisi advenisset mirum Dei auxilium.

רַמִּים (& ab hominibus) *sanguinum*:) h. e. sanguinolentis, qui nil nisi sanguinis effusionem cogitant, instar ferarum non nisi sanguine placabiles, Posteriori substantivum vices gerit adjectivi, & quidem cum emphasi ob numerum pluralem, copiam cœdum indicantem. Sic suprâ *Pl. V, 7.* vir sanguinum ac fraudis, i. e. sanguinolentus ac fraudulentus: *Psal. XXVI, 9. & LV, 24. רַמִּים viri sanguinum.*

נִרְוָה:) ostenditur periculi præsentissima propinquitas, estque hoc *Ecce* interjectio dolentis: quomodo Piscator huc citat illud Virgilii: *En queis consevimus agros!*

EXPLICATIO VERSUS IV.

אֲרִיבֵנִי *insidiantur*:) h. e. non apertò Marte, mecum congregiuntur, nec coram justò quodam arbitro vel iudice ingenue meam examinant causam, sed dolosè & clanculum vitam mihi eripere allaborant. Est verò **אֲרִיבֵנִי** clanculum *deluere*, atque occasionem promptè quid expediendi captare, quomodo adulter *insidiatur* post januam, *Job. xxxi, 9.* raptores virginum in vineis, *Jud. XXI, 20.* latrones, *Prov. I, 11, & c.* confer historiam *I. Sam. XIX, 11.*

לִנְפֹשִׁי *anima mee*:) h. e. non opibus aut dignitati solum meæ, sed ipsi vitæ struunt insidias, quam nocte unicâ elapsâ ereptam mihi volunt, *I. Sam. XIX, 12.* Metonymicè *Anima* ponitur pro *Vitâ*.

יִגְוּ *congregantur*:) vide *Psal. LVI, 7.*

עֲרִיבֵנִי *robusti*:) qui scilicet durò ac intractabili sunt animò, (quomodò de irâ hoc ipsum **עֲרִיבֵנִי** usurpatur *Gen. XLIX, 7.* confer *Deuter. XXVIII, 5. Dan. VIII, 23.*) singularibus præterea instructi viribus multâ pollent nocendi facultate. Sic de hostibus etiam alibi *Psal. XVIII, 18. I. Sam. XXII, 18.* de populò, *Jes. XXV, 3.* de leone, qui **אֲרִיבֵנִי** appellatur *Jud. XIV, 14.* de aquis copiosis, *Neb. IX, 11. Jes. XLIII, 16.* Campensis reddit *feroces*.

לֹא שָׁעָרָה *non (ob) prævaricationem meam*:) (Lutherus: ohne meine Schuld:) est hic ellipsis

præpositionis **עַל** *propter*, vel (**בְּ**) quomodo eandem supplet *Pagninus*. Ita congruit cum proximè sequentibus: **עַל** *absque iniquitate mea & c.* Vel propositio formanda est talis: **עַל** *non delictum meum EST*, i. e. nullum delictum mihi potest imputari, vel in me nominari. Hac ratione etiam alibi verbum substantivum (*EST*) tam secundi, quàm tertii adjecti, supplendum venit: v. g. *Thren. III, 22.* **מִסְרֵי** *miseri cordie Domini sunt, quod non & c.* Hac autem *prævaricationis* remotiōne non inculpabilem vel innocuum se venditat coram Deo, sed tantum coram rege Saule, quod nulla Davidis fuerit culpa, nulla rebellio vel clandestina contra Saulem machinatio, utcunque etiam tale quid à malevolis vel parasitis prætendatur. Quadrat huc propria vocis **עַל** significatio, quæ propriè *Rebellionem* vel defectiōnem à legitimo magistratu importat. Campensis connectit: *quos ego nunquam ulla affeci injuria, & c.*

EXPLICATIO VERSUS V.

עַל *absque iniquitate*:) scilicet meâ, vel citra ullam meam culpam. Ellipsis affixi () ex versu proximo facile suppletur.

בְּרִצְוֵן *currunt*:) nimirum ultrò citroque tanquam occupatissimi in iis, quæ ad meam faciunt perniciem; imò discursitant per urbem instar rabiosorum canum, præ ferociâ quietem non capessentium, *vers. 7.* Plenior quodammodo locutio deprehenditur *Jes. LIX, 7. & Proverb. I, 16.* **רַצְוֵן** *pedes illorum velociter currunt ad malum.*

וּבִבְנוֹתֵי *preparant se*:) vel obfirmant animum ac reliqua sua instituta, in perniciem meam, vergentia, ne facile ea interverti vel impediri queant. Verbum **בָּנָה**, quod in niphâl est, *Firmum*, item *stabilitum* aut *preparatum esse*, (vide *Pl. LI, 12.*) in hithpael eundem fermè servat significatum, ceu constat ex tribus iis locis, ubi, præter hunc nostrum, occurrit; *Num. XXI, 27.* edificabitur **וּבִבְנוֹתֵי** *et firma vel stabilita erit urbs Sihon. Prov. XXIV, 3.* sapientiâ edificatur domus. **וּבִבְנוֹתֵי**, *Jes. LIV, 14.* per justitiam (ò Jerusalem nova) **וּבִבְנוֹתֵי** *stabilueris & c.* Quare & h. l. talis tum præparatio, tum in præparatione obfirmata soliditas ac pertinacia indicatur. Litera **וּבִבְנוֹתֵי** ex syllabâ **וּבִבְנוֹתֵי** compensatur in (**וּבִבְנוֹתֵי**) *gramm. p. 58. n. 2.*

עֲרִיבֵנִי *evigila, ò Deus*:) h. e. post diurnam dissimulationem tuam tandem aliquando vigilantem te ostende, postquam hætenus instar dormientis visus fuisti non audire vel curare, quæ mecum adeò perversè fuerunt agitata. Similem & suprâ *Psal. XLIV, 24.* adhibuit compellationem: *evigila, quare dormies Domine? Psal. VII, 7. evigila ad iudicium meum & c.* Aliàs Custodem Israelis neque dormire, fatis clarè David noster profiteretur *Psal. CXXI, 4.*

לִּקְרָאתִי *in occursum*:) h. e. ut desertus ego tuam liquido experiar præsentiam, haut aliter atque amicus obviam solet ire suppetiasq; ferre amico impugnatò aut in fugam dato. Nam vox **לִּקְרָאתִי** (quæ descendit à **קָרָה** vel **קָרַה** obviam fieri, occurrere, vide pag. 80. semperque præfixum habet (**לִ**) & vel in formâ regiminis vel affixorum reperitur,) talem denotat *appropinquationem*, ubi non à tergo & clam, sed palam & in